



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Dignitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

firmavit, extenditque Clemens VIII. & similiter alii Pontifices aliis Religionibus concesserunt &c.



DECIMÆ.

Vide verbo *Exemptio*. §. 4. 5. & seq.




DECLARATIO.

Declaratio Privilegiorum & Constitutionum.



Irca declarationem nostrarū Constitutionum, & Privilegiorum, ac Nostri Instituti, vide, quæ dicuntur verbo *Generalis*. §. 5. & 6. Itē vide, quæ peculiariter circa Privilegiorum declarationem habentur verbo *Privilegia*. §. 4. Pro declaratione autem dubiorum conscientiae, vide verbo *Scrupuli*.



DIGNITAS.

Omnius, etiam Generali, interdicitur acceptatio cujuscumque dignitatis extra Societatem.

D 7

Præpo.



Præpositus Generalis absque Societatis consensu, vel aliquis ex Sociis hujusmodi, absque Generalis Præpositi expressa licentia, electioni seu provisioni de illius in quamcumque dignitatem per quemcumque Principem, vel quodcumque Capitulum, aut alios ad id auctoritatem habentes, factæ consentire, aut ad illam admitti, seu alicujus prælationis & dignitatis in eadem Societate, si eam occultâ aut manifestâ ambitione quæsisse convincetur, capax esse nullatenus potest, PAULUS III. pag. 10.

Ad Sacerdotium, vel ad Professionem, aut cujusvis gradûs mutationem nemini adspirare licet. GREGORIUS XIV. Const. pag. 98.

DISPENSATIO.

§. I.

Facultas dispensandi super irregularitate.



Potest Præpositus Generalis, per se, vel per alios ad id deputatos, dispensare cum iis omnibus, qui sub Obedientia Societatis degunt, super irregularitate,